

Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

same Jesus Christ, Thy Son, our Lord, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

**MASS PROPER: AUGUST 6, TRANSFIGURATION OF OUR LORD
(on a Sunday)**

MASS *Illuxérunt* (white)

INTROIT Psalms 76: 19

Illuxérunt coruscatiónes tuæ orbi terræ: commóta est et contrémuit terra. (Ps. 83: 2-3) Quam dilécta tabernácula tua, Dómine virtútum! concupíscit, et déficit ánima mea in átria Dómini. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Illuxérunt coruscatiónes tuæ orbi terræ: commóta est et contrémuit terra.

Thy lightnings enlightened the world: the earth shook and trembled. (Ps. 83: 2- 3) How lovely are Thy tabernacles, O Lord of hosts! my soul longeth and fainteth for the courts of the Lord. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Thy lightnings enlightened the world: the earth shook and trembled.

COLLECT

Deus, qui fidei sacraménta in Unigéniti tui gloriósa Transfiguratióne patrum testimonio roborásti, et adoptiόνem filiórum perféctam, voce delápsa in nube lúcida, mirabíliter præsignásti: concéde propítius; ut ipsíus Regis glóriæ nos coherédes efficias, et ejúsdem glóriæ tríbuas esse consórtes. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

O God, Who in the glorious transfiguration of Thine only-begotten Son didst strengthen the sacraments of faith by the testimony of the fathers, and Who didst wonderfully foreshow the perfect adoption of Thy children by a voice coming down in a shining cloud, mercifully grant that we be made co-heirs of the King of glory Himself, and grant us to be sharers in that very glory. Through the same Jesus Christ, Thy Son, our Lord, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

EPISTLE 2 Peter 1: 16-19

Caríssimi: Non doctas fábulas secúti notam fecimus vobis Dómini nostri Jesu Christi virtútem et præsentiam: sed speculatores facti illius magnitudinis. Accipiens enim a Deo Patre honórem et glóriam, voce delapsa ad eum hujuscemodi a magnifica glória: Hic est Fílius meus diléctus, in quo mihi complacui, ipsum audíte. Et hanc vocem nos audivimus de cælo allatam, cum essemus cum ipso in monte sancto. Et habémus firmiorem propheticum sermónem: cui

Dearly beloved, We have not followed cunningly devised fables, when we made known to you the power and presence of Our Lord Jesus Christ; but having been made eyewitnesses of His majesty. For He received from God the Father honor and glory: this voice coming down to Him from the excellent glory, This is My beloved Son in Whom I am well pleased, hear ye Him. And this voice we heard brought from Heaven, when we were with Him in the holy mount. And we

bene facitis attendentes, quasi lucernæ lucénti in caliginóso loco, donec dies elucescat et lucifer oriátur in córdibus vestris.

GRADUAL Psalms 44: 3, 2

Speciosus forma præ filiis hóminum: diffúsa est grátia in lábiis tuis. Eructávit cor meum verbum bonum: dico ego ópera mea Regi.

LESSER ALLELUIA Wisdom 7: 26

Allelúja, allelúja. Candor est lucis ætérnæ, spéculum sine mácula, et imágo bonitátis illius. Allelúja.

GOSPEL Matthew 17: 1-9

In illo témpore: Assúmpsit Jesus Petrum, et Jacóbum, et Joánnem fratrem ejus, et duxit illos in montem excélsu seórsum: et transfigurátus est ante eos. Et resplénduit fácies ejus sicut sol: vestiménta autem ejus facta sunt alba sicut nix. Et ecce, apparuérunt illis Moyses et Elías cum eo loquéntes. Respóndens autem Petrus, dixit ad Jesum: Dómine, bonum est nos hic esse: si vis, faciámus hic tria tabernácula, tibi unum, Móysi unum et Elíæ unum. Adhuc eo loquénste, ecce, nubes lúcida obumbrávit eos. Et ecce vox de nube, dicens: Hic est Filius meus diléctus, in quo mihi bene complácu: ipsum audíte. Et audiéntes discípuli, cecidérunt in fáciem suam, et timuérunt valde. Et accessit Jesus, et tétigit eos, dixítque eis: Surgite, et nolíte timére. Levántes autem óculos suos, néminem vidérunt nisi solum Jesum. Et descendéntibus illis de monte, præcépit eis Jesus, dicens: Némini dixéritis visiónem, donec Fílius hóminis a mórtuis resúrgat.

OFFERTORY Psalms 111: 3

Glória et divitiæ in domo ejus: et

have the more firm prophetic word, whereunto you do well to attend, as to a light that shineth in a dark place, until the day dawn, and the day-star arise in your hearts.

Thou art beautiful above the sons of men: grace is poured abroad in Thy lips. V. My heart hath uttered a good word. I speak my works to the King.

Alleluia, alleluia. He is the brightness of eternal light, the unspotted mirror, and the image of His goodness. Alleluia.

At that time, Jesus took Peter, and James, and John his brother, and bringing them up into a high mountain apart: and He was transfigured before them. And His face did shine as the sun, and His garments became white as snow. And behold, there appeared to them Moses and Elias talking with Him. And Peter answering, said to Jesus, Lord, it is good for us to be here; if Thou wilt, let us make here three tabernacles, one for Thee, and one for Moses, and one for Elias. And as he was yet speaking, behold a bright cloud overshadowed them; and lo, a voice out of the cloud, saying This is My beloved Son in Whom I am well pleased, hear ye Him. And the disciples hearing, fell upon their face; and were very much afraid: and Jesus came and touched them, and said to them, Arise, and fear not. And they lifting up their eyes saw no one, but only Jesus. And as they came down from the mountain, Jesus charged them, saying, Tell the vision to no man, till the Son of man be risen from the dead.

Glory and wealth are in His house:

justítia ejus manet in sæculum sæculi, allelúja.

SECRET

Obláta, quæsumus, Dómine, múnera gloriósa Unigéniti tui Transfiguratióne sanctífica: nosque a peccatórum máculis, splendóribus ipsius illustratiónis emunda. Per eúndem Dóminu nostru Jesum Christum, Fíliu tuu, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

PREFACE OF THE HOLY TRINITY

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubique grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: Qui cum unigénito Fílio tuo, et Spíritu Sancto, unus es Deus, unus es Dóminus: non in uníus singularitáte persónæ, sed in uníus Trinitáte substántiæ. Quod enim de tua glória, revelánte te, crédimus, hoc de Fílio tuo, hoc de Spíritu Sancto, sine differentia discretiónis sentímus. Ut in confessióne veræ sempiternæque Deitátis, et in persónis proprietas, et in esséntia únitas, et in majestáte adorétur æquálitas. Quam laudant Ángeli atque Archángeli, Chérubim quoque ac Séraphim: qui non cessant clamáre quotidie, una voce dicéntes:

COMMUNION Matthew 17: 9

Visiónem, quam vidistis, némini dixéritis, donec a mórtuis resúrgat Fílius hóminis.

POSTCOMMUNION

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus: ut sacrosáncta Fílii tui Transfiguratiónis mystéria, quæ solemniter celebrámus officio, purificáta mentis intellegéntia consequámur. Per eúndem Dóminu nostru Jesum

and His justice remaineth forever and ever. Alleluia.

Sanctify, we beseech Thee, O Lord, the gifts offered on the glorious transfiguration of Thine only-begotten Son, and by the splendors of that very illumination cleanse us from the stains of our sins. Through the same Jesus Christ, Thy Son, our Lord, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly fitting and just, proper and beneficial, that we should always and everywhere, give thanks unto Thee, holy Lord, Father almighty, everlasting God; Who, with Thine only-begotten Son, and the Holy Spirit, art one God, one Lord; not in the singularity of a single person, but in the Trinity of one substance. For what we believe from Thy revelation of Thy glory, the same we believe of Thy Son, the same of the Holy Spirit, without difference or distinction. So that in confessing the true and everlasting Deity, particularity in persons, unity in essence, and equality in majesty may be adored. Which the Angels and Archangels, the Cherubim, too, and the Seraphim do praise: who cease not to cry out daily, with one voice saying:

Tell the vision you have seen to no man, till the Son of man be risen from the dead.

Grant, we beseech Thee, O almighty God, that with the understanding of a purified mind we may follow those sacred mysteries of Thy Son's transfiguration which we celebrate with our solemn office. Through the